

## Band I., Nr. 62, Seite 66-67

*Kaiser Karl (der Große) bestätigt den Tausch von Gütern im Gollach- und Taubergau zwischen dem Bischof Agilward von Würzburg und dem Grafen Audolf.*

Ingelheim, 807. August 7.

(Chr.) In nomine patris et filii et spiritus sancti. Karolus serenissimus augustus a deo coronatus magnus pacificus imperator, romanum gubernans imperium, qui et per misericordiam dei rex Francorum et Longobardorum. Si enim ea, quae fideles regni nostri pro eorum oportunitatibus inter se commutave rint vel concamiaverint, nostris confirmamus aedictis, regiam exercemus consuetudinem, et hoc inpostmodum iure firmissimo mansurum esse credimus. Igitur notum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini, praesentium scilicet et futurorum: qualiter vir venerabilis Agiluardus Uuirzburgensium urbis ecclesiae episcopus, necnon etiam et Audulfus<sup>a</sup> gloriosus comis missa petitione innotuerunt celsitudini nostrae, eo quod ipsi aliquas res pro eorum oportunitatae inter se commutassent vel concamiassent. Dedit igitur iam dictus vir Agiluardus venerabilis episcopus de rebus monasterii sui, quod est constructum in honore sancti salvatoris, ubi sanctus Kylianus martyr praeciosus corpore requiescit, una cum consensu et voluntatae servorum dei ibidem consistentium praedicto viro Audulfo glorioso comiti ad partem nostram ecclesia una in villa, quae vocatur Fridunbach<sup>1</sup>, quae est in pago cuius vocabulum est Colloguoe, una cum terris, domibus, aedificiis, campis, pratis, silvis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, mobili et immobilibus, quicquid ad ipsam ecclesiam pertinet, vel quantumcumque in ipsa villa habere visus est, et eius inibi videtur esse possessio vel dominatio. Et decimam quod de tribus villis exire debet, id est, de supra scripta villa Fridunbach et Autgausisoua<sup>2</sup> et Uualtmannisoua<sup>3</sup>, excepto illa manicipia, reservavit partibus sancti Kyliani martyris. Similiter in compensatione huius meriti dedit iam dictus Audulfus comis per nostrum comiatum de eius beneficio suprascripto viro Agiluardo venerabili episcopo et eius congregatione ad partem ecclesiae suae Uuirzburgensium, quae est constructa in honore sancti salvatoris: ecclesia una in pago Dubragaoe, in villa cuius vocabulum est Sciffa<sup>4</sup>, super fluvium quae

<sup>a</sup>In der Vorlage *Etaudulfus*.

<sup>1</sup>Freudenbach, Creglingen, TBB.

<sup>2</sup>*Autgausisoua*, unbestimmt.

<sup>3</sup>Waldmannshofen, Creglingen, TBB.

<sup>4</sup>Ober- bzw. Unterschüpf, Boxberg, TBB.

## II

vocatur simili modo Sciffa, una cum terris, domibus, aedificiis, campis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, cultis et incultis. Et in alia villa quae vocatur Odinga<sup>5</sup> in ipso pago domibus, aedificiis, campis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, vel quantumcunque Hundulfus quondam in ipso comitatu Audolfi visus fuit habere, et filius eius Agilulfus presbiter adhuc habere visus est. Unde et duas commutationes pari tenore conscriptas manibusque bonorum hominum roboratas nobis ostenderunt ad relegendum; sed pro integra firmitatae petierunt celsitudini nostrae, ut in aelymosina nostra per nostrum mansuetudinis praeceptum ipsas commutationes denuo confirmare deberemus, quorum petitionem denegare nolimus, sed pro firmitatis studio seu pro mercedis nostre augmento ita concessisse atque in omnibus confirmasse cognoscite. Praecipientes ergo iubemus ut inspectas ipsas commutationes manibusque bonorum hominum roboratas, sicut per eas declaratur, quicquid pars alteri pro ambarum parcium oportunitatae iustae et rationabiliter contulit parti, deinceps iure firmissimo per hanc nostram auctoritatis indulgentiam teneat atque possideat, vel quicquid exinde facere voluerit, ad profectum utilitatis nostrae, tam ipsi, quamque et successores eorum liberum in omnibus perfruantur arbitrium. Et ut haec auctoritas firmior habeatur, vel per tempora melius conservetur de anulo nostro subter sigillare iussimus. <br> <br> (Chr.) Aldricus ad vicem Ercanbaldi recognovi et subscripsi (*Rekognitionszeichen*) (*Siegel*). <br> <br> (Chr.) Data VII. Idus Augusti, anno VII. Christo propitio imperii nostri et XXXVIII. regni nostri in Francia atque XXXIII. in Italia, indictione XV.<sup>b</sup> Acta Inghilinhaim palatio nostro. In dei nomine feliciter amen.

—

Der Textabdruck folgt dem Original. <br> <br> Hinten auf der Urkunde von nicht viel späterer, vielleicht gleichzeitiger Hand: *haec est kartula commutationis de illis rebus quas Egiluardus episcopus et Odulfus comis inter se commutauerunt, vel concamiauuerunt*. Ferner: *Caroli imperatoris de Scipfa et Fritunbah*. <br> <br> Das aufgedrückte kaiserliche Ringsiegel ist vollkommen erhalten. Nur die Schlussworte der Umschrift sind durch den darüber hergehenden Rand des Siegels so bedeckt, dass sie sich nicht mit Sicherheit lesen lassen.

<sup>b</sup>So offenbar zunächst die Angabe, eine gleichzeitige Hand änderte indessen *XIII*.

<sup>5</sup>Üttingshof, Bad Mergentheim, TBB.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

StA Würzburg

### Signatur/Titel des Originals:

Kaiserselekt 3

### Überlieferung und Textkritik:

War ehemals im HStA München.

### Editionen:

JOHANN GEORG ECKHART: *Commentarii de rebus Franciae orientalis et episcopatus Wirceburgensis, in quibus regum et imperatorum Franciae veteris Germaniaeque, episcoporum Wirceburgensium et ducum Franciae orientalis gesta [...] exponuntur et figuris aeri inci*, Bd. 2, S. 863 (mit Abbildung des Ringsiegels). *Monumenta Boica*, Bd. 28, Nr. 3. JOHANN CHRISTIAN WIBEL: *Hohenlohische Kyrchen- und Reformations-Historie: aus bewährten Urkunden und Schriften verfasst, und nebst einem Vorbericht von der Graffschaft Hohenlohe überhaupt*, 4 Bde., Ansbach 1752-55, Bd. 3, TRUDBERT NEUGART (HRSG.): *Codex diplomaticus Alemanniae et Burgundiae transiuranae intra fines dioecesis Constantiensis ceu fundamentum historiae eiusdem dioecesis*, 2 Bde., Ulm 1791-95, S. 10, Nr. 4. *MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA. DIE URKUNDEN DER KAROLINGER, Bd. 1: Die Urkunden Pipins, Karlmanns und Karls des Großen*, unter Mitwirkung von Alfons Dopsch, Johann Lechner, Michael Tangl bearb. von Engelbert Mühlbacher, Hannover 1906. [ND München 1979], S. 275 f., Nr. 206.

### Regesten:

Regesta Imperii Abt. 1, Bd. 1, S. 193, Nr. 429.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Ingelheim

**Ortsindex:**

Autgausisoua<br> Freudenbach Wohnplatz (3713)<br> Freudenbach,  
Creglingen, TBB<br> Gollachgau<br> Ingelheim am Rhein, MZ<br>  
Oberschüpf Wohnplatz (3684)<br> Oberschüpf, Boxberg, TBB<br>  
Taubergau<br> Unterschüpf Wohnplatz (3693)<br> Unterschüpf, Box-  
berg, TBB<br> Waldmannshofen Wohnplatz (3735)<br> Waldmanns-  
hofen, Creglingen, TBB<br> Würzburg, WÜ<br> Üttingshof Wohn-  
platz (3661)<br> Üttingshof, Bad Mergentheim, TBB